



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Antidota Apostolica contra nostri temporis hæreses**

In quibus Loca illa explicantur, quæ Hæreticj hodie (maximè Caluinus & Beza) vel ad sua placita stabilienda, vel ad Catholicæ Ecclesiæ dogmata infirmanda ...

In Epistolam B. Pauli ad Romanos

**Stapleton, Thomas**

**Antverpiae, 1595**

1. Iustificati ergo ex fide, pacem habeamus apud Deum, per Dominum nostrum Iesum Christum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39447**

*Argumentum Cap. V.*

**P**AVLVS hic effectus gratiæ Christi & bona iustificatorū enumerat: quod ut plenius ac subtilius faciat, comparationem instituit inter Christum & Adamum; inter dona Christi & delictum Adami: cuius recta intelligentia iustitiam nobis à Christo collatam mirificè illustrat. Porro quum bona iustificatorū amplissima enumerat, de illis solum iustificatis loqui censendus est, qui in accepta iustitia perseverant.

1. *Iustificati ergo ex fide, pacem habeamus apud Deum, per Dominum nostrum Iesum Christum.*

**A**butuntur his verbis hæretici, ad certitudinem gratiæ, quam ponunt, confirmandam; quasi doceret Paulus, solam ex fide iustificationem ad pacem & securitatem de certa cuiusque salute sufficere. Ideoque legere volunt, *Habemus*, iuxta quædam Græca exemplaria, non, *Habeamus*. Sed neutra lectio hæreticos iuvat: quanquam & nostram sequitur Græcus Chrysostomus, multisque verbis exponit exhortationem hanc esse, non assertionem. Pax enim hoc loco nihil aliud quam bonum reconciliationis nostræ cum Deo significat, quam certè in iustificatione consequimur, sed non semper retinemus in pecca-



peccata grauiora relapsi. Porro tametsi  
 postolus doceret, habere omnes iustificati  
 hoc ipso quo iustificantur, pacem illam  
 securitatem cordis quam ponunt heretici,  
 tamen doceret eos eandem semper habere  
 nisi in quantum & quamdiu manet perfe-  
 rantes in iustitia. Beza nihilominus, con-  
 meratis huius loci expositionibus varijs,  
 superbè (suo more) reiecit, nullo argumen-  
 refutatis, suam tandem his verbis tradidit:  
*pereest vera illa pax mundo incognita, de qua loquitur*  
*Apostolus, id est, incredibilis illa & constantis*  
*mentis recreatio, qua fit ut de beneuolentiâ Dei*  
*rus homo, superatis conscientia terroribus, dicit*  
*cû Dauid, Dominus illuminatio mea & salus mea*  
*quem timebo? Quasi Dauid propter confidenciam*  
*tiæ terrores solis impijs proprios (Viam*  
*pacis non cognouerunt) hoc dixerit, ac non pro-*  
*sus propter hostes eius externos. Vnde dicitur*  
*quem timebo? Non ait, quid timebo? quod*  
 sensu Bezæ dicendum fuit. Sed demus  
 nomine Apostolum hoc velle intelligere  
 Hæc enim certè pax si non propriè hinc in-  
 ligitur, saltem effectus eius est quæ hinc in-  
 ligitur. Nam ex reconciliatione nostra cum  
 Deo, quam per Christum iustificati consequi-  
 quimur, sequitur animi illa securitas & tran-  
 quillitas, qua Deum nobis propitium & protecto-  
 rem esse minimè dubitamus. Sed hanc  
 pacem & securitatem quid tandem generat?  
 Subiungit Beza: *Vna fides, quæ verbo ipsius*

Beza cor-  
 ruptio.

Psal. 13.

uixit Ch...  
 pacem a...  
 veram...  
 hender...  
 verbo...  
 perir...  
 fo in ca...  
 curitas...  
 fidei, (...  
 bus tri...  
 præter...  
 3. Gl...  
 4. tru...  
 pr...  
 5. nos...  
 cor...  
 tus...  
 D...  
 stram...  
 riamur...  
 mur eni...  
 (vt ipse...  
 animo...  
 laetitia...  
 qua nos...  
 rat ante...  
 rum De...  
 An ex...  
 bis imp...



hanc Christum veram iustitiam apprehendit, hanc pacem adfert. Sed hæc vna fides Christum vt veram cuiusque credentis iustitiam apprehendens, nec à Paulo docetur, nec in vlllo verbo Dei, vt Beza hinc comminiscitur, reperiri potest: & ne longè abeamus, hoc ipso in capite à Paulo refutatur, vbi pax & securitas benevolentiae Dei erga nos, non vni fidei, sed charitati in primis alijsque virtutibus tribuitur. Quæ loca à Beza sicco pede prætermittit iam tractabimus.

3. *Gloriamur in tribulationibus, scientes quòd*
4. *tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio verò spem: spes autem*
5. *non confundit, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis.*

Docet in his verbis luculenter Paulus, quid tandem illud sit quod pacem nostram cum Deo adfert, & propter quod gloriamur, magnaque læticia afficimur. *Gloriamur* enim hoc loco apud Paulum significat (vt ipse Beza exponit) nō modò quòd æquo animo & moderato sumus, sed etiam *magna læticia persusi*, nobis placemus de hereditate celesti qua nos manet. Vnde autem gloriamur? Dixit ante Apostolus, *Gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei.* Sed vnde hæc spes gloriæ in nobis? An ex eo solùm quòd Christi iustitiam nobis imputatam fide apprehendimus? Nihil

S huius-